# Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 60 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 123.



Alchymia.

## Cod. LX. deest

Chartac. 4to. Sec. 16. 1. 5. 1.

Continet plura opuscula chymica de conficiendo lapide philosophico:

1. - folio 1. - 6.

quod est quasi prologus ad opera subsequa; incipit: "Qui potest aurum conjungere cum sorore sua in "mundo nihil melius & reducere si quis sci- "verit argentum vivum in quintam essentiam" &c. absolvitur folio 5to his verbis: "Et vere non vidi "similem in toto artis / Et hic est finis DG". Immediate subjungitur: "Aristoteles vocat solem "patrem et lunam matrem omnium vegetabilium "quod inpregnat terram cum calore vivifico Corpus "convertitur in calorem nature que multiplicatur "cum adjutorio caloris Ignis per Artem magistery."

Alphidus, de Lapide.

2. fol. 6. - 16.

Titulum habet: "Alphidus. Incipit Allegoria "Alphidi phi de lapide / et natura ipsius / et quod "ejus secretum non debet revelari." Initium est: "De isto lapide loquitur Alphidus". Fol. 6. pagina aversa in superiori margine videtur esse textus Alphidi, inferiorem autem locum occupare Comentarius; id quod colligo ex ipsius auctoris verbis: "Senior introducit quendam / sic / vena- "cionem leonis cujus textum narrabo pro ut jacet, "post exponam verbis planis Dicit ille sapiens

# Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 60 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 124.



124. Cod. LX. n. 2.

Alphidi Clavis.

"Aspice" ch. – Fol. 7. pag. averſa legitur: "Recapitu„latio totius operis ſecundum Alphidium breviter, Hic „recapitulat totum opus brevi ſermone Alphidius poſtus „in libro qui Clavis appellatur" ch. Finitur: "Et „tunc eſt, corpus et non corpus, et apprehendiſti Sa„pientiam". – In indice Codd. Mſſ. Biblioth. Bodle„jana habetur idem opus n. 1765. Alphidius de lapide philoſophico, et n. 7627. Clavis Sapientiæ, forſitan ejusdem Alphidii; ſed quis fuerit hic Alphidius, vel ſub hoc nomine lateat, nullibi in„venire potui. – Folio 11. titulus eſt: "Totum

Arcanum Philoſophiæ.

„Arcanum philoſophiæ"; et incipit: "Vidi ſenem „Virum clarificatum" ch. ubi ad fol. 16. exponun„tur 7 operationes chymiſticæ, ſomnio ſymbolico involuta. Margini ſuperiori manus aliena addidit: Das iſt verdeutſcht. – Fol. 38. Datur Alchymiæ deſcriptio, incipit: "De Spiritu ſa„lenti et aqua viva oritur Alchimia". Inter alia occurrunt verba: "Concordat cum his Domi„nus Bonaventura in ſua Compiſtella"; opuſcu„lum plane ignotum et ſine dubio apocryphum.

# Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 60 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 125.





Gebri Liber Divinitatis.

3. Fol. 16. - 26.

"Liber Divinitatis cā primū"; ita titulus. Incipit: "Universis et Singulis in hac arte divina studentibus" Finitur: "Et hoc comitto unicuique super animam "Suam ne de eorum factis reddituri simus ratio. "nem. Et sic est finis istius libri". Librum Divinitatis inter opera Raymundi Lulli offendi quidem, sed nostrum non esse instituta docuit collatio; Gebri itaque Hispalensis /: de quo supra Cod. LIII. :/ esse, eo magis inducor, ut credam, quod capitulo secundo de se ipso dicit: "Prout ego feci Gebet egre "gius qui fui Rex multarum divitiarum" ch. Nullus quidem occurrit inter opera ejus liber Divinitatis; sed opus Gebri alchymisticum plures et varias ejusdem inscriptiones, ait Antonius Biblioth. arab. hisp. p. 251.

Senior. ~~Demande Lib. Divinit.~~

4. fol. 26.

Folio 26. est tractatulus cum titulo Senior, et incipit: "Nec preteriri nec presentes possunt "tingere aurum" ch. Videtur esse merum fragmentum.

# Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 60 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 126.



126. Cod. LX. n. 5. 6.

S. Bernardi Lib. Divinit.

5. fol. 27. – 29.

„Liber Divinitatis Sancti Bernardi", ita titulus, incipit: „Calcinatur primo luna per hunc modum". Finitur: „Cum his vale amice carissime Datum „Florencie ano salutis 1506. Tertio january". Hunc librum ): potius Epistolam dixeris/ Spurium esse, quis neget?

Arcanum Philosophiæ.

6. fol. 29. – 35.

„Arcanum Philosophie", quod incipit: „Arcanum „philosophie quod sub brevi compendio continej „videtur". Finis est: „Cujus calorem ignis „non destruit finis". Videtur brevis hic tracta. tus cum precedente epistola unum constituere opusculum.

**Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 60 [Verbleib unbekannt]**

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 127.



Anonymi brevis tract. Chymicus.

7. fol. 35.– 37.

Tractatus brevis Chymicus Anonymi absque omni titulo, incipit: "Qui veritatem vult consequi". Finitur: "Et nativitate hominis constat".

Ortulani parisiensis practica; i. e. Joan. de Garlandia libellus de preparatione Elixirii.

8. fol. 37.– 49.

Ortulani Parisiensis practica. Titulus est: "Ortulanus parisiensis ponit sub anno Domini "1338. practicam quam Johannes Dambely: vel "danibely: posuit Anglicum De libris prefati "magistri ad petitionem Domini Cardonis: vi- "ris: De Falkenstein Epi. Trev. Initium est: "Item quatuor sunt species ad Elixir pertinen- "tes". Videtur esse hoc practica incompleta, finitur enim: "id est Spiritualis: turba". Sub nomine Ortulani: alii: Hortulani et Ortolani: latet Joannes de Garlandia, Anglus, grammaticus et Poeta clarus circa A. 1040. Sed diversus ab isto videtur Joannes de Garlandia Medicus, auctor compendii Alchymiae: quod idem est ac libellus Ortolani: Libri de Mineralibus, et de preparatione Elixir, quem libellum noster exhibet Codex. Audivimus quidem utrumque eundem fecit, T. 2. p. 609. seq. cujus in partes transit Dom. Mansi in Fabr. Bibl. med. et inf. lat. Tom. 3. p. 19. Sed diversos esse, Mss. noster satis ostendit. Ille enim Grammaticus floruit an. 1040. Medicus noster circa A. 1338.; ille natione Anglus, hic Parisiensis. vid. Merklein. Linden. renov. p. 858.

**Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 60 [Verbleib unbekannt]**

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 128.



Arnoldi de Villa nova practica particularis.

9. fol. 41. – 51.

Titulus hujus operis est: "Practica particularis Arnoldi de nova villa ad papam boni "facium. Initium: "℔ vitrioli romani puri". Finis: "erit flexibile sicut metallum et "sic finitum est opus predictum Deo gratias." Arnoldus et Arnaldus de Villanova, quem Galli et Hispani sibi vindicant, Barcinone medicum egit circa A. 1280. [: Alii ad 1300 natum esse dicunt:] hinc cognomen Catalani Iulii. De fatis et multis ejus scriptis vid. Anton. Biblioth. veteris - Hisp. T. 2. pag. 74. et Segq.

Operationes Chymicae variae.

10. Fol 51. usque ad finem.

Folio 51. usque ad calcem operis continentur variae instructiones solvendi & componendi metalla, mineralia et Spiritus, ex Alchymia principibus desumptae et ad privatum usum conscriptae.

# Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 60 [Verbleib unbekannt]

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27403